Cesserunt et condescenderunt prout Cedunt et condescendunt praesentibus
Omneq et integrum Ius suum sibi ad praemissa serviens in personas
eorundem Gnosorum Constantini de Tenczyn Ossolinski et Sophiae de
Xatusszow Coniugum legitimorum Cessionariorum suorum .. ..
totaliter et plenarie transtulerunt transfuderunt et incorpora-
runt prout transferunt transfundunt et incorporant praesentibus.
In quod quidem Ius praesens Cessum ac Bona suprascripta Memorata prae-
missaq omnia praesenti transfusa Iam ex nunc et de facto suprascripti
Recognoscentes Gnosi Stanislaus Sadowski et Dorothea Meska
praenominatis Gnosis Ossolinskiim coniugibus Cessionariis suis Co-
ram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et
actualem pacificamq possessionem per Alterum quemcunq et Nobiles duos
die quacunq voluerint Officiose acceptandam Per ipsos Gnosos
Constantinum de Tenczyn Ossolinski et Zophiam de Xatusszow
Coniuges legitimos hoc idem Ius praesentibus Cessum Summamq
suprascriptam in bonis Memoratis haerentem atq eadem ipsa bona
praemissaq omnia praesenti abscessa, cum Universis eorundem Utilita
tibus et Usufructibus competentiaq et praerogativa quavis, tenendi
habendi et possidendi illisq quiete et pacifice Utifruendi ac ad
suos quosuis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter con-
vertendi praefati Iuris originalis ea omnia latius in se complecten
praesentisq Cessi et transfusi vigore.

262

Gizowski et Grzymala Intercisam Rbrant et Statuet

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca-
pitaneatus Premisliensis Gnosi Stanislaus Gizowski olim Gnosi Ale-

~~1440~~ 1790

xandri Lizowski Filius ab Una et Lucas Grzymala parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Juris Dictibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus rece dendo Praesenti Vero Castren Capitan Premislien Jurisdictioni quoad Actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando atq subiiciendo palam liberè publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit Quia ipsi et quidem suprascriptus Gnosus Grzymala suo et Gnosae Catharinae Kosakowska Consortis suae legitimae procius vati habitione caret ac seq praesen inscribit nomine. Sibi mutuo et inuicem Una Pars alteri, ac posteris Utriusq Partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq pecuniariis quibus uis habitis et haben inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes praefatamq Gnosam Grzymalinam ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et Data illius hic Premisliae Feria Sexta post Festum Sancti Matthiae Apostoli proxima Anno praesen confectae conscriptae manibus sui Recognoscen propriis ab Utrinq subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clausulis, Articulis Vadiobligamentis, ac nexibus generaliter Uniuersis firmiter tenere complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare omnibusq et singulis eiusdem Intercisae contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesen Roboratoriam et Inscriptionem

praedictam Ro

pręfatam Roboratoriam ad prędictam Intercisiam Vicissim in totore Ferendo. Idq sub Vadio Summae Ducentorum Florenorum polon per Partem Parti cum Successoribus Utriusq Partis ob non completionem contentorum Intercisiae pręfatae omnium et singulorum Tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Nihilominus is idem suprascriptus Generosus Lucas Grzymala Unus Recognoscens se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis suprascripto Generoso Stanislao Zirowski eiusq posteris inscribit et Obligat pręfatam Alenoratam Generosam Grzymalina Conthoralem suam cum personali exstantia sui Recognoscentis ad approbandam per ipsam Inscriptionem prae sentem Roboratoriam Vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia, intra decursum Duodecim Septimanarum adducere et personaliter statuere ab eaq Vel eius Successoribus Ut pręmissa de toto exequantur efficere Idq sub simili et speciali Vadio aliorum Ducentorum Florenorum polon per eundem Generosum Lucam Grzymala sive illius Successores pręfato Generoso Stanislao Zirowski Vel illius Successoribus ob non statuitionem pręfatae Generosae Catherinae Kosakowska Conthoralis suae legitimae statuendae Vel in eventu mortis Successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo Pro quibus quidem Vadio Vel Vadiis modo pręmisso ad solvendum succubita ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisiae pręfatae non completa complenda. Stata existens Memorata Pars Una pręmissa non tenens sive eius posteri Ad Instantiam partis alterius pręmissa tenentis et complentis

Vel illius Successorum Ad Officium præsens Castren Capitan Premislien Ex[illegible] recessa supraserp quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Juri parere respondere Vadium Vel Vadia facta luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne judicatum pati debebit et tenebitur Seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et Obligant præsentibus, illum Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde consequen Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Officium Successorum Legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quictorem Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietonem præterea Vltra [illegible] Officiu facti Castren Capitan Premislien Terminos [illegible] sibi non recipiendo Nullasq Motiones, appellationes ac carum prosequutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus Vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalis Iuris [illegible] Terrestri bello Conuentioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo Nec modo alio quouis euadendo Ita c[illegible] præsenti personali recognitione ad præmissa sibi mediante

2/v

Feria Sexta post Dominicam Jubilate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Czerniecki